



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

90. Lepus: Ex Æliani libr. 13. de Animalibus: cap. 14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

κόλπος τὸ αἶμα, ἐκ φοινίκης ἀλουργίας, ἣν  
ἐπανοῦσι φοίνικες. ἀγαπάδιον ἢ τὸ ἀλουργίῳ  
μάλιστα, δοκῶν γὰρ σκυδρῶ πορρῶν, ἔλκει  
τὴν παρὰ τῷ ἡλίῳ ἄραν, καὶ τῶ  
τῆς Ἰδῆς ἀνδρείου  
νεταί.

laudant Phœnices: Purpurarum autem maxi-  
mè diligatur; cum enim obscurari vi-  
deatur, pulchritudinem quandam  
à sole trahit, & Ides her-  
bæ flore inspergi-  
tur.

Nota.

Purpura  
triplex.

Ex φοινίκῃ ἀλουργίῳ. Hic observatione dignum  
est, apud antiquos triplicem fuisse purpuram. ἀλουρ-  
γία, φοινικία, Ἑρμιονικὴ. ἀλουργίς est caru-  
bi coloris, quæ violacea purpura à Cornelio Nepote,  
à D. Hieronymo ad Nepotianum purpura viola di-  
citur: ad quam alludit Horat. epist. ad Augustum.

Luna Tarantino violas in: ita veneno.

Altera est φοινικίς, quæ, ut ait Gellius, extube-  
rantiam splendorem quæo ruberum habet: quia una po-  
tuit altera esse vegetior. Tertia est Ἑρμιονικὴ alba,  
cuius meminit Plutarch. in Alexandro, Lucianus  
in Pseudomante: & Frossardus Regem Lusitania  
alba purpura vestitum inducit.

Idē quid.

Ἰδῆς ἀνδρείου. Idem hic interpres herbam expo-  
nit: verum quis istius ita meminit? Non me fugit,  
Plinium obiter Idæam herbam memorasse e. II. lib.  
27. sed nihil à eius purpura. Malim cum Hesychio  
formam & pulchritudinem interpretari, ut in Pa-  
læstra, φοινίς τὴν ἄραν μετρία τῇ Ἰδῆ.

Vide alias descriptiones, & cum ista compare  
Theogenem Heliodori.

L E P V S.

Ex Acliani lib. 13. de animalibus  
Cap 14.

Σκιρτῶ τὰ πρῶτα ἀπὸ τῆς γῆς δλαγῶς,  
& cætera.

Descriptio XC.

PRIMUM ex terra exsiliens saltu fertur Le-  
pus, & per dumeta, aliæque densiora virgulta,

& rigua loca expeditus perlabitur: tum verò  
sicubi herbæ sint altæ, & frequentes, ex ijs  
facile sese explicat, atque elabitur: ac quem-  
admodum leonibus caudæ ad excitandas vi-  
res magno adiumento esse dicuntur, si hinc  
aures roboris quasi vexilla, & cursus ei inci-  
tamenta existunt: fugiens eos ad tergum re-  
torquet, sicque ipsi tanquam stimulis tor-  
porem & ignaviam, ne à curriendo retardetur,  
concitatiam porro cursum, nec unum, nec  
rectâ tenet, sed & huc & illuc se versat: &  
verò de recto flexu decurrit, ut perturbet ac  
decipiat canes: ad id quidem diuerticulum,  
quò vult iter convertere, de auribus alteru-  
tram intorquet, eaque quasi moderatrice  
cursum dirigit: neque verò improvidè uno  
eodemque tempore omnes suarum virium  
nerulos prodigit; sed impetum insequentis  
obseruat; qui si ad insequendum tardus est,  
& segnis, non omnem suam celeritatem pro-  
fundit, sed duntaxat canes antegredi maru-  
rans, sese integrum servat, & viribus suis mo-  
deratur, ne suam omnem currendi facultatem  
vigens, ex incitato cursu viribus deficiat: pe-  
nitens enim cognoscit se ad cursum longè mul-  
tumque anteeellere, & videt impensius labo-  
rare non esse necesse. Quòd si pedum celerita-  
te canis ad conficiendum iter pollet, tum om-  
nibus reuocatis viribus Lepus quanto maxi-  
mè potest cursu fertur.

Cum autem longè multumque canem an-  
teuertit, & longo sanè intervallo venatores,  
atque equos reliquerit, tum in aliquem tu-  
mulum ascendit, & in posteriores pedes sese  
erigens, tanquam ex aliqua specula, & in-  
sectantium, quantum equidem existimo, eos,  
ut debiliores rideret. Et ita hoc veluti lucro con-  
fidentior, etiam quietem tranquillitatem-  
que adeptus, ex lassitudine, grate & libenter  
dormit.

Ebbb a

VVL-